



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium De Articulis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.  
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à  
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

**Hoffmeister, Johann**

**Coloniæ, 1559**

**VD16 ZV 17723**

De Causa peccati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34289**

ARTICVLVS XIX.  
DE CAVSA PECCATI,  
Articulus XIX.

**D**e causa peccati docēt, quod tametsi Deus creat & conseruat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli & impiorum, quæ non adiuuante Deo auertit se à Deo, sicut Christus ait Ioan.8. Cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur.

F. Ioan. Hoff.



T in hoc articulo prorsus renūciarūt Lutherū suo, & iure qdē: si enim aliquid est liberū arbitriū, ubi est illa absoluta necessitas, quā toties ostētabat Lutherus? Vbi dogma illud, Deū in nobis & bona & mala agere: non quidem permīssinē, sed potēter &c. Gratulamur aduersarijs profectō, & in hoc articulo meliore mētem. Extat hac de re, scilicet quod Deus non sit author malorum, pulcherrimus adeoq; absolutissimus sermo

D.Bag

## ARTICVLVS XIX.

D. Basilio verè Magno inscriptus. Tractat etiam hanc rem D. meus Augustinus aduersus Manichæos & Pelagianos in multis opusculis. In 3. De libero arbitrio cap. 17. Idem dicit quod hic Philippus, nimis voluntatem malorum, causam esse malorum. Nec est, inquit, cui rectè imputetur peccatum, nisi peccanti: & disputatione secunda contra Fortunatum, ait: Malorum genitor non est Deus. Et contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 26. scribit locum illum Amos Prophetæ vbi Dominus dicit: Non aliquod fieri malum in ciuitate, quod ipse non faciat, intelligendum esse de malo pœnæ, nō de malo culpæ. Malum, inquit, hoc loco nō peccatum, sed pœna intelligenda est. Dupliciter enim appellatur malum. Vnum quod homo facit, alterū quod patitur pœna, &c. Hinc opinor sumpserunt Scholastici quicquid hac disputant 2. Senten. dist. 34. Qui plura considerat, legat D. Irenæum lib. 4. cap. 76. & sequentibus. Ioannem item Damasce. lib. 4. cap. 20. qui candido lectori, ni fallor, satisfaciunt. Possem ego hic multa congerere ex priscis patribus pro huius articuli confirmatione, sed nolim adducere testimonia

## ARTICVLVS XIX.

nianon necessaria,in re haud dubia. Sunt certè apud Aduersarios non pauci loci qui huic Articulo,& manib⁹ & pedibus repugnāt, maximè apud eos q̄ nō possūt equo aīo ferre Patrū interpretationē qui obdurare,tradere,pro permettere interpretati sunt.D. Basilius de obduratiōe Pharaonis scribit,Obdurauit eum longanimitate ac pœnæ dilatione, ipsius ferens vitium , ut ad extremum eius iniquitate ad summum gliscente, iustiūs super eum Dei iudicium ostenderetur,&c. Hæc ferè communis omnium Patrum est expositio, q̄ ægerrimè legunt Zwingli commilitones. Videatur hac dere Bucerus in Rom.cap.1. Sed suffecerint hæc de causa peccati.

## DE BONIS CHRISTI anorum operibus Arti- culus XX.

Falsò accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta eorum quæ extant de decē præceptis,& alia simili argumento

M testan-